



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Antipharmacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

*Aut igitur Azymorum festum simul restituatur, oportet, aut fatendum est, communem & omnibus usitatum panem exemplo Domini rectius usurpari, quamvis azymum panem Dominus adhibuerit: ut de veteris parioris Ecclesia more taceam, quem adhuc Graeca Ecclesia retinet.*

Idem Beza in questionibus suis quæst. 242. De azymo verò pane quid censes? Respondet: *Etsi ea de re nolim, ut de summarerum contendere, liberè tamen dico nauum esse duplicem in iis Ecclesiis, quæ azymo potius, quam fermentato pane utuntur. Hoc enim & Iudaismum sapit, & minus est quotidiani cibi analogia accommodatum.*

### Antipharmacum.

HVNIVS Tract. de cœna Domini: *Vt verus & naturalis distribuatur panis, est res necessaria: sicut enim aqua per rines ad baptismi substatiæ, sic panis & vinum ad substatiæ Cœnæ. Vt autem panis sit azymus, qualis in nostris (Lutheranis) Ecclesiis adhibetur, vel fermentatus, id verò prorsus indifferens atque liberum est, &c. (Libertinis videlicet, non autem illis, qui in pectora sua demiserunt illud: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.) Si panis azymus in administratione prima cœna potuit habere locum, quid ni etiam in nostra?*

*Lege Bellarm.  
loc. cit.*

Quæritur IV. Vtrum panis azymus Eucharisticus rectè & licitè in formam rotundam & orbicularem conformetur. Respondet Caluinistas olim id liberum reliquise; At nunc indies rigidiores efficiuntur. Quocirca Caluiniani Emdenses, in libro de ceremoniis Cœna, panem illum orbicularem, quem vocamus Hostias & Oblata penitus repudiandum & exterminandum censent. Synodus Belgica Caluiniana apud Schultingium lib. 9. Hierarchicæ Anacriseos. Oblatis seu hostiis non est utendum in

pod

H

cœna,

cœna, sed communi pane. Contra hos fusè disputatum est in Muricibus Prædicanticis cap. 14. Hic ex Hunnio contra istud virus aliud medicamentum apponam.

### Antipharmacum.

HVNNIUS Tract. de cœna: Est hac detestanda illorum pseudodoctorum hypocrisis, quod subinde ex necessariis faciunt adiaphora, & è contraires indifferentes in necessarias transformant. Presentiam realem corporis & sanguinis Christi in Cœna, hisce in terris celebrata, repudiant, curiosi interim & superstitionis circa adiaphora. Et Beza scribit plus quam hæretice, licere in defectu panis & vini adhibere res alias, quæ cum pane & vino quandam analogiam habeant: interim accidentali forma panis offenduntur illi homines, hoc est, substantiam panis permittunt cum alia quadam repermutari, haud aliter, ac si sit res indifferentis: at circa accidentalem formam mouent rixas, dum nostram ut impiam sine omni causa reprobant; & qualis ea esse debeat, potestate præatoria definiunt ac prescribunt. Quis hic non exclamat cum Christo? Duces cœci, excolantes culicem, & camelum deglutientes.

Tom. 2. Lat.  
VVsteb.

Quæritur V. Vtrum vino Eucharistico miscenda sit aqua. Respondet Lutherus in Formula Missæ pro Ecclesia Witebergensi. Nondum constitui tecum, miscendane sit aqua vino. Quanquam huc inclino, ut merum potius vinum paretur, absq; aquæ mixtura, (Quid nū? sic enim palato cœnantium iucundius & sapidius accidet) quod significatio me male habeat, quam Isaias cap. 1. ponit. Vinum tuum, inquit, mixtum est aqua. Merum vinum enim pulchre figurat puritatem doctrinæ Euangelicae.

### Antipharmacum.

Hic vides, cur tam libenter Lutherani, nec dubito, quin & Caluiniani, putum putum merum bibant. nam hoc